

LICEO CLASSICO STATALE 'D' AZEGLIO'

A.S. 2019/20

COMPITI ESTIVI DI LINGUA E CULTURA LATINA

CLASSI QUINTE GINNASIO

STORIE DI RE

I

Terminata la descrizione dei grandi uomini politici e strateghi della Grecia si passa ai monarchi, che meritano trattazione separata. Dopo un accenno a un famoso Greco, ecco qualche sovrano persiano.

Hi fere fuerunt Graecae gentis duces, qui memoria digni videantur, praeter reges: namque eos attingere nolimus, quod omnium res gestae separatim sunt relatae. Neque tamen ii admodum sunt multi. Lacedaemonius autem Agesilaus nomine, non potestate fuit rex, sicut ceteri Spartani. Ex iis vero, qui dominatum imperio tenuerunt, excellentissimi fuerunt, ut nos iudicamus, Persarum Cyrus et Darius, Hystaspi filius, quorum uterque privatus virtute regnum est adeptus. Prior horum apud Massagetis in proelio cecidit, Darius senectute diem obiit supremum.

II

Tocca ora ai Macedoni, con Filippo II e Alessandro il Grande, ma anche a Pirro e a chi esercitò de facto, anche se non de iure, il potere monarchico: Dionigi il Vecchio.

Ex Macedonum autem gente duo multo ceteros antecesserunt rerum gestarum gloria: Philippus, Amyntae filius, et Alexander Magnus. Horum alter Babylone morbo consumptus est, Philippus Aegidis a Pausania, cum spectatum ludos iret, iuxta

theatrum occisus est. Unus Epirotes, Pyrrhus, qui cum populo Romano bellavit. Is, cum Argos oppidum oppugnaret in Peloponneso, lapide ictus interiit. Unus item Siculus, Dionysius prior. Nam et manu fortis et belli peritus fuit et, id quod in tyranno non facile reperitur, minime libidinosus, non luxuriosus, non avarus, nullius denique rei cupidus nisi singularis perpetuique imperii ob eamque rem crudelis: nam dum id studuit munire, nullius pepercit vitae, quem eius insidiatorem putaret. Hic, cum virtute tyrannidem sibi peperisset, magna retinuit felicitate: maior enim annos sexaginta natus decessit florente regno. Neque in tam multis annis cuiusquam ex sua stirpe funus vidit, cum ex tribus uxoribus liberos procreasset multique ei nati essent nepotes.

III

Infine i diadochi, non senza un accenno a un paio di famosi, famosissimi Cartaginesi.

Fuerunt praeterea magni reges ex amicis Alexandri Magni, qui post obitum eius imperia ceperunt: in eis Antigonus et huius filius Demetrius, Lysimachus, Seleucus, Ptolemaeus. Ex his Antigonus in proelio, cum adversus Seleucum et Lysimachum dimicaret, occisus est. Pari leto affectus est Lysimachus a Seleuco: namque societate dissoluta bellum inter se gesserunt. At Demetrius, cum filiam suam Seleuco in matrimonium dedisset neque eo magis fida inter eos amicitia manere potuisset, captus bello in custodia socer generi periit a morbo. Neque ita multo post Seleucus a Ptolemaeo Cerauno dolo interfectus est, quem ille a patre expulsum Alexandria alienarum opum indigentem receperat. Ipse autem Ptolemaeus, cum vivus filio regnum tradidisset, ab illo eodem vita privatus dicitur.

De quibus, quoniam satis dictum putamus, non incommodum videtur non praeterire Hamilcarem et Hannibalem, quos et animi magnitudine et calliditate omnes in Africa natos praestitisse constat.

COME SI COMBATTE (E SI VINCE)

Le guerre si vincono non tanto con la forza fisica (vis), ma con quella interiore (fortitudo). Ai Galli che ne deridono la bassa statura, i Romani rispondono con le virtù tradizionali: tenacia, rigore, organizzazione (constantia, duritia, ratio). E alla fine saranno fermezza e disciplina a procurare la vittoria.

IV

Alla notizia del massacro di un'altra tribù, quella dei Nervii, gli Atuatuci si preparano a resistere. Si tratta dei discendenti di quei Cimbri e di quei Teutoni che qualche decennio prima avevano minacciato la Gallia Narbonese e l'Italia. Rimasti presso le loro sedi, hanno mantenuto negli anni un loro territorio autonomo.

Atuatuci, de quibus supra diximus, cum omnibus copiis auxilio Nervii venirent, hac pugna nuntiata ex itinere domum reverterunt; cunctis oppidis castellisque desertis sua omnia in unum oppidum egregie natura munitum contulerunt. Quod cum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes deiectusque haberet, una ex parte leniter acclivis aditus relinquebatur. Quem locum duplici altissimo muro munierant; tum magni ponderis saxa et praeacutas trabes in muro conlocabant. Ipsi erant ex Cimbris Teutonisque prognati, qui, cum iter in provinciam nostram atque Italiam facerent, iis impedimentis quae secum agere ac portare non poterant citra flumen Rhenum depositis custodiae ac praesidio sex milia hominum una reliquerant. Hi, post eorum obitum multos annos a finitimis exagitati, cum alias bellum inferrent, alias inlatum defenderent, consensu eorum omnium pace facta hunc sibi domicilio locum delegerant.

V

I Romani, al loro arrivo, cominciano a costruire il consueto materiale da assedio. Gli Atuatuci se la ridono e li sbeffeggiano: come faranno quei nanerottoli a muovere macchinari così ingombranti?

Ac primo adventu exercitus nostri crebras ex oppido excursiones faciebant parvulisque proeliis cum nostris contendebant; postea vallo pedum duodecim crebrisque castellis circummuniti oppido sese continebant. Ubi vineis actis, aggere extracto turrim procul constitui viderunt, primum inridere ex muro atque increpitare vocibus, quod tanta machinatio a tanto spatio institueretur: quibusnam mallibus aut quibus viribus praesertim homines tantulae staturae (nam plerumque omnibus Gallis prae magnitudine corporum suorum brevitata nostra contemptui est) tanti oneris turrim in muro sese posse conlocare confiderent?

VI

Constatato che i Romani, nonostante la bassa statura, muovono egregiamente e minacciosamente i loro macchinari, gli Atuatuci vengono a più miti consigli, intavolano trattative e chiariscono le loro ragioni.

Ubi vero moveri et adpropinquare muris viderunt, nova atque inusitata specie commoti legatos ad Caesarem de pace miserunt, qui ad hunc modum locuti, non se existimare Romanos sine ope divina bellum gerere, qui tantae altitudinis machinationes tanta celeritate promovere possent, se suaque omnia eorum potestati permittere dixerunt. Unum petere ac deprecari: si forte pro sua clementia ac mansuetudine, quam ipsi ab aliis audirent, statuisset Atuatucos esse conservandos, ne se armis despoliaret. Sibi omnes fere finitimos esse inimicos ac suae virtuti invidere; a quibus se defendere traditis armis non possent. Sibi praestare, si in eum casum deducerentur, quamvis fortunam a populo Romano pati quam ab his per cruciatum interfici inter quos dominari consuissent.

VII

Parla Cesare: clemenza, sì, ma solo a condizione che tutte le armi siano consegnate. Condizione che gli Atuatuci pretendono di accettare, mentre in realtà...

Ad haec Caesar respondit: se magis consuetudine sua quam merito eorum civitatem conservaturum, si prius quam murum aries attigisset se dedidissent; sed deditiois nullam esse condicionem nisi armis traditis. Se id quod in Nervii fecisset facturum finitimisque imperatorum ne quam dediticiis populi Romani iniuriam inferrent. Re renuntiata ad suos illi se quae imperarentur facere dixerunt. Armorum magna multitudine de muro in fossam, quae erat ante oppidum, iacta, sic ut prope summam muri aggerisque altitudinem acervi armorum adaequarent, et tamen circiter parte tertia, ut postea perspectum est, celata atque in oppido retenta, portis patefactis eo die pace sunt usi.

VIII

La parola non viene però mantenuta: gli Atuatuaci, che hanno occultato una parte delle armi e ne hanno improvvisate di nuove, tentano una sortita nella speranza di sorprendere i Romani. L'esito è un massacro, e Cesare descrive con la fredda esattezza di un contabile il numero dei sopravvissuti venduti come schiavi.

Sub vesperum Caesar portas claudi militesque ex oppido exire iussit, ne quam noctu oppidani a militibus iniuriam acciperent. Illi ante inito, ut intellectum est, consilio, quod deditioe facta nostros praesidia deducturos aut denique indiligentius servaturos crediderant, partim cum iis quae retinuerant et celaverant armis, partim scutis ex cortice factis aut viminibus intextis, quae subito, ut temporis exiguitas postulabat, pellibus induxerant, tertia vigilia, qua minime arduus ad nostras munitiones accensus videbatur, omnibus copiis repente ex oppido eruptionem fecerunt. Celeriter, ut ante Caesar imperaverat, ignibus significatione facta, ex proximis castellis eo concursum est, pugnatumque ab hostibus ita acriter est ut a viris fortibus in extrema spe salutis iniquo loco contra eos qui ex vallo turribusque tela iacerent pugnari debuit, cum in una virtute omnis spes consisteret. Occisis hominum milibus quattuor reliqui in oppidum reiecti sunt. Postridie eius diei refractis portis, cum iam defenderet nemo, atque intromissis militibus nostris, sectionem eius oppidi universam Caesar vendidit. Ab iis qui emerant capitum numerus ad eum relatus est milium quinquaginta trium.